Noverint universi quod Nos Galda dei gratia Abbatissa Monasterii sancti danielis Gerunde tenensque officium sacristie
10 dicti monasterii Attendentes et scientes quod Guillelmus Andree de ermencia recognovit debere nobis in nomine dicte
sacristie Octo libras barchinonenses de terno que fuerunt solute [illegible] lapidibus bigues et aliis apparatibus domorum mansi voca
ti castello [illegible] siti in dicta parrochia de ermencia que domus fuerunt dirute sive prostrate et predicate ex inundacione
aquarum [illegible] scilicet fluminis de fluviano Que Octo libre debent converti in melioramentis et augmentis dicti
mansi sicut continetur in instro debitorio inde confecto Quinta die mensis aprilis anno a nativitate domini Millesimo
Trecentesimo Septuagesimo Octavo et clauso per Guillelmum çarbonis notarium publicum de ermencia in quo
intervenit fideiussor bnardus Galdi [illegible] diebus de ermencia Attendentes etiam quod nos stabilivimus et ad
emphiteosim sive accapitum dedimus et concessimus vobis ffrancisco [illegible] filio bnardi Segueri de ermen
cia et suis [illegible] dictum mansum cum instro inde confecto secunda die mensis Junii anno subscripto in posse
notarii infrascripti et tempore ipsius stabilimenti fuit actum et conventum inter nos et vos ut vobis daremus locum et
cessionem in dictis Octo libris pro eo quod ipsas converteratis in melioramentis et augmentis dicti mansi sicut et quanti
debent prout in dicto debitorio instro continetur Ideo ex causis predictis et eo titulo quo melius valere possit
et tenemus et cedimus vobis dicto ffrancisco Segueri et vestris et quibus volueritis omnia jura et loca
omnesque voces vices raciones et acciones reales et personales mixtas utiles et directas et alias quascumque nobis
et dicte sacristie pertinentes et pertinere debentes adversus et contra Guillelmum Andree principalem debi
torem et bnardum Galdi fideiussorem eius et bona ipsorum et cuiuslibet eorum in solidum racione et occasione dictarum
Octo librarum Quibus Juribus et accionibus possitis vos et vestri et quos volueritis uti agere et experiri in
judicio et extra judicium conveniendo et reconveniendo predictos dictos obligatos et bona ipsorum et utriusque eorum
in solidum et dictas Octo libras ab ipsis et bonis suis petere exhigere consequi et habere et inde absoluciones et
apochas facere Et omnia alia facere et exercere in predictis et circa eaque et prout nos facere poteramus ante huiusmodi instri
confeccionem et jurium cessionem Volentes insuper et mandantes tenore presentis publici instrumenti [illegible]
[illegible] predictis obligatis et suis quatenus de dictis Octo libris in quibus vobis presentem facimus cessionem vobis
et vestris et quibus volueritis respondeant et satisfaciant prout nobis de eisdem respondere et satisfacere tenebantur ante presentem
cessionem Quam nos facimus et constituimus vos et vestros procuratores veros [illegible] et procuratores ut in rem vestram
[illegible] quod dictas Octo libras teneamini convertere in melioramentis dicti mansi. Hanc autem cessionem vobis et
vestris facimus ad vestrum et vestrorum periculum et fortunam Sic quod de evictione nec aliquo dampno seu interesse predictorum vobis vel vestris
non teneamur ullo modo. Actum est hoc in dicto monasterio decima die Junii anno a nativitate domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo
Octavo. Signum nostre Galde dei gratia abbatisse predicte que hec firmamus et laudamus.

Testes huius rei sunt Bonanatus hospitalis ebdomedarius ecclesie dicti monasterii sancti danielis et bnardus
ffichas de [illegible].

[illegible] Petri pinos notarius publicus substitutus [illegible] a Jasperto de campolongo publico Gerunde notario hec scribi
fecit et clausit Cum supraposito in linea [illegible] ubi dicitur [illegible] et in [illegible] ubi dicitur [illegible] et in
[illegible] ubi dicitur facimus. Et cum raspato emendato in [illegible] ubi dicitur [illegible] et in [illegible] ubi
[illegible] Et cum supraposito in [illegible] ubi dicitur sub certis formis et condicionibus
[illegible] in dicto monasterio [illegible]

[illegible]

N.º 974

Sacristia
Armantera
Mas Castello

10-1-1378

Donació y cessió feta per la Sacristana [illegible]
argent la sacristia a Joan Saguer de 8 ll. [illegible]
mar debitori Guillem Andreu de Armantera las quals
avia de aplicar per obras del mas Castello de dit loc
que a dit Saguer habia establert la Abadessa de S. Daniel
com a encarregada de la Sacristía de dit Monastir.
A 10 janer 1378.

N. 6, del [illegible] [illegible] Sacristia [illegible]
[illegible]
[illegible] als 10 janer 1378

T. 400 X 298

1034